


8

Theol.

5116

7

UB München




8^o Theol. 5116(7)

416 200 113 000 13



8 Theol. 5116(7)

1545
Collegii s. Martini





Ad vniuersos ⁊ singulos sacre
sanctę Christianę, ac euāgelicę doctrine
autores, amatores, alme nostre vniuersita-
tis Erphurdēsis gremialis exhortatio.

Conclusum est optimi Lectores, lōga post
cōsilia/impia/ ⁊ heretica, ab impijs quibus-
dam Scribis ⁊ Phariseis, qui solo titulo
nephariose Theologos nominant, contra mar-
tinum Lutherum / Theologum acutissimum.
Ita/ vt iam inspirante diabolo/ affigende sint li-
tere publico cōspectui, quib⁹ presati Luciferiani
nuncij etiam ex cōmunicando dictum Martinū
ultra/ Tartara detrudere conantur. Nos vero
alme Vniuersitatis Magistri Baccalarij Theo-
logicę veritatis p̄fessores/ omnes ⁊ singuli tam cō-
iunctim/ q̄z diuisim/ desuper maturo habito ⁊ silio
vnanimes/ vnoqz corde/ semoto om̄i scrupulo lino-
ris/ vindicte / aut odij cuiusqz. Ita decernendo/ ri-
te docemus ⁊ profitemur presentium tenore/ mar-
tinū (si saltem Euangelium verum, si recte scripse-
re Prophete, ⁊ si nō mentitus sit Paulus, immo
spiritus ex Paulo loquit⁹) bene ⁊ p̄sus Christi-
ane hucusqz scribisse. Quamobrem vos omnes ⁊
singuli/ nostre dicte Vniuersitatis gremiales, qui
veritatem Christi Christū si inqz amatis, aut qui
doctrinam Christi preciosissimo sanguine suo fir-
matam diligitis, quib. deniqz chara pp̄rie anime
salus, exhortamur in dōmo Ihesu Christo cōsur-
gite, agite animosius in verbo Christi. Defenden-
do pugiles resistite, reclamate immo, manib. pedi-
busqz rabidissimis illi⁹ Martini predicti obtrec-

gatoribus (ne iurſus ſententia videlicet per eun-
dem de pul uere in lucem ſublimata quomodo li-
bet opprimatur) repugnete. Verum / quo pacto
repugnandum ſit, animaduertite. Quam pumū
tyraunica illa / z pluſquā diabolica excommuni-
catio Papiſtica / licet iniuſtiſſima / aduerſus inno-
centem Martinū / et eius adherentes / ualuis no-
ſtris affixa fuerit, turmatim animo virili z in tre-
pido (noſtre exhortationis memores) etiam in
magno numero / et in meridiana luce, aut parti-
culatim accedite, has ipſas demoniſticas excom-
municationes in minimas particulas dilacerā-
tes, diſcerpите in altiffimis, ueritatis zelatorem
Chuſtum inq̄s confidentes, qui et abunde pro hu-
iuſmodi ueritatis zelo premium ſubminiſtrabit.
Inſuper z exhortamur in dōmō Jeſu Chuſto,
vos om̄es preſatos alme Vniuerſitatis noſtre fi-
lios, eo mō / ut preſertur, quatenus illam impiā z
hereticam / Eccliana factione excogitatam bullā
Papiſticam / contra innocentiffimum uerita-
tis zelatorem Martinum Lutherum / varijs de-
pingatis coloribus, etiam nominatim ſcriptis
perſtringatis, immo exemplo diui Pauli Satha-
ne tradatis, ut per hec huiusmodi hereticę bulle
editores peruerſiffimi / ne dicam hereticiffimi / con-
uerſi reſipiſcent, atq̄ ab ea obſtinatiſſima recedāt
inuidia. Decernentes omnes illos infectandos,
qui maxima ducti impudentia / ſeu Phariſaica
uictoria (quorū mos eſt quot cum ueritati reſi-
ſtere haud poſſint, denigrare tamen cum uerſu-
tia conantur) de publico ſuggeſto clamarūt Lu-

therum hereticum, fore Hussitarum q̄ erroris p̄
testatorem, vti mentitus est Impius Eccius, et
Augustinus Alfeldianus/ Phariseorum duces,
ac eorum sequaces meri calumniatores/inuidissi-
mi cōiciatores, qui nec semel ausi in disputatiōe
publica/de sacro sancto Christi euangelio (nego-
cio Christi, ac toti familie coelesti grauissimo)
vix rite disputare. Vnde et hi euangelicę legis de-
pressores/ Illo pretermisso / iam iam ruminant
Hieronymi dicti Doctoris sanctissimi/ dicentis.
Qui loqui nescis aliquādo conticesce, cum tibi sit
lingua in frustra cedenda, vita vere et spurca et in-
tolerabilis. Hec ille. Duces illos cecorum iniqui-
simos (diabolici collegij conseruatores / populū
Christi sanguine redemptum/adulatoria sua do-
ctrina mordacissimis obtreccationibus laceran-
tes) filioli fugite, ne illud nebulonum genus quo-
nis modo vestro adiungatur lateri. Nihil quip-
pe hi quod ad Lutheri dedecus attineret obmisse-
re, quorum cum fama mera petulantia/mouim
insolentia / viteq̄ peruersitas dinoscitur. Christi
veritatem enertere conati sunt pompissima sua
Romane sedis adulatione, fretiq̄ suis satellitib⁹,
nihil in ore versare videmus q̄s/ hereticus/hereti-
cus. Remuneratiōē a Romano Pontifice spec-
taturi, qui tamen vna cum Pastore simul peri-
bunt. Videm⁹ atq̄ ipsos in laqueos quos Luthero
pararunt incidere. Cum bonis (qui Christum
docent, Christum predicant, Christum ore confi-
tentur et factis (ambulate, eiusq̄ sincerissimos
dilectores adamate et defendite, eternaliter post

vite huius lapsum sine fine regnaturi. Amen.

Hec est generatio querentium dñm. q.f.d.i.
Attollite portas p̄n.v. z.e.p.g.z.i.v.g.

